

Yb  
3716





Po

*Q. D. B. V.*

DIE XXVI MARTII HORA VIII

QVINQUE SELECTAE CLASSIS IN PAEDAGOGIO  
REGIO DISCIPULI VERBA INTER COMMITITONES  
ULTIMA DE TEXNOMANIAꝝ VITIO

ET SIMVL PUBLICI EXAMINIS EODEM AC SE-  
QUENTI DIE AD HORAM VSQVE XII ET A II AD VI  
CONTINVANDI INITIVM FACIENT.

AD QVAM SOLLEMNITATEM  
SCHOLARVM

PATRONOS, FAVTORES  
ET AMICOS

DEBITA OBSERVANTIA ET HVMANITATE  
INVITAT

HIERONYMVS FREYER,  
PAEDAGOGII REGII INSPECTOR.

09. Br. 287

Q. G. F. N.  
Die XXXVII. MARCHI. ANNO  
QATTONIUS. EPISTOLICAS ET IN PRAECEPTIS  
REGI. DECIBAE. VIREA. LITERAR. COMMUNICTIONES  
ACTIVAS DE TESTIMONIANIA A VERO  
ET SEMPLI PARVOI EXAMINIS EODEM AGRI  
GENIT. DE THEOR. ET HIST. ET CETERIS AD VAI  
CONTRAVENIENTIAS AGITAT.  
AD Q. MAY. SOLLEMNITATEM  
SCOLIARVM  
PATRONORUM FESTIVITATIS  
ET AMICOS  
DEPOTIA. OBSERVANTIA. ET HUMANITATE  
INSTITUTA  
HIERONIMIUS FRIDER.  
TYPISQUE S. PETROPOLITANIS.



Ta sepe numero suum cuique pulchrum  
est et eo vsque rerum propriarum ad-  
miratio potest abripere hominem , vt  
quodam quasi merito accidat , si absur-  
dus tandem et ridiculus cautoribus vi-  
deatur . Cogitare sic mecum his die-  
bus cœpi : quum acta eruditorum Lipsi-  
ensia (1) reuolens in Ioannem Cara-  
muelum , episcopum Vigleuanensem , inciderem . Notum  
est exiguae regionis nomen ex controuerzia , quam de ea  
iam ab annis aliquot Austriaci et Sabaudus inter se habue-  
runt et quæ nec dum sublata est , si famæ publicisque litteris  
credimus . Ipse autem Caramuel vtrum Hispanus fuerit , an  
alio nomine appellandus , non definio : nam natus quidem  
est in regia eius gentis vrbe , quam Carpetanorum Mantuam  
dicunt ; at Belga patre , et matre haud dubie Bohema , si non , vt  
aliis vocatur , Germana . Desit inter homines esse iam anno  
seculi superioris LXXXII : quum paullo ante illud non exi-  
guæ molis opus (2) publicasset , quod *de noua dialeto meta-*  
*physica* summo studio elaborauerat . Sollertissimus est et pla-  
ne mirificus fingendorum vocabulorum artifex : omnemque  
mouet lapidem , vt ambigu et obscuri verborum , quibus me-  
taphysici et theologi scholastici vtuntur , significatus distin-  
cte ac perspicue prodi possint et intelligi ; nudaque adeo et aper-  
ta veritas palam ante omnium oculos ponit . Hunc ad finem  
tritum illud et antiquum verbum *sym* a nouis quinque et in-  
auditis huc vsque , *sam* , *sem* , *sym* , *som* , *sum* , distinguit : ita qui-  
dem , vt illud *esse* aliquid generatim ; hæc autem , *quo* res que-  
libet modo sit , speciatim denotent . *Sam* enim effientiam rei  
significare fingitur : *sem* idem esse , quod exsistere : *sym* æter-  
nitatem , vt vocat , simultaneam : *som* actum physicum : et *sum*  
tan-

) ( 2

(1) Vid. annum 1683. p. 532. (2) Vigleuan. anno 1681. fol.

tandem aliquam durationem habere. Ex his, quod tertium est, *sym* vocali græca scribendum putat, ne vulgato coniunctiuo SIM confundatur: *sum* autem, *fus*, *fut*, personam secundam ac tertiam variat; vt a noto illo SVM, ES, EST, discernatur. Porro infle<sup>r</sup>tere etiam noua hæc verba per modos omnes docet; ita, vt infinitiuus sit *sare*, *sere*, *syre*, *sore*, *sare*: immo tertiam passiu personam, vtpote solum ex hoc genere vfitatam, *satur*, *setur*, *sytur*, *sotur*, *sutur*, adiicit. Possem hic pluribus transitiua verba *samo*, *semo*, *symo*, *sono*, *suno*, a prioribus deriuata et cum aliis id communicantia, quod primitiva significant, recensere; item *saim*, *scim*, *syim*, *soim* et *suim*, quæ modum, quo res aliqua est, imperfectum iubentur designare: sed mitto hæc, er, quam immisericorditer misera participia torqueantur, ostendo. Nimirum ab AMATVRVS deriuatur nūm substantiuum *anaturitas*: ab AMANDVS *amanditas*. Et quemadmodum *amans* et *amatus* a tertia pluralis numeri A-MANT deducit: ita. AMABANT ex eius fictione *amabans* et *amabatus* progignit; AMAVERUNT *amaueruns* et *amauerutus*; AMARVNT, *amaruns* et *amarutus*; AMAVERANT, *amauerans* et *amaueratus*; AMARANT, *amarans* et *amaratus*; AMENT, *amens* et *ametus*; AMARENT, *amarens* et *amaretus*; AMAVERINT, *amauerins* et *amaueritus*; AMARINT, *amarins* et *amaritus*; AMAVISSENT, *amavissens* et *amavissetus*; AMASSENT, *amassens* et *amassetus*. O monstra participiorum! o vocabula nec visa Latinorum vlli, nec vrmquam audit! Et tamen, non quod pueri in faba, inuenisse sibi reuerendissimus auctor videtur: maximoque metaphysicæ dialecto splendori futurum existimat, si illis aliquando vti liberet. Atque vt eo maiorem hac omnia fidem et auctoritatem habeant, exemplis comprobare inuentiunculam adgreditur: iisque non profanis, sed sacris et ex ipso diuini codicis penore deppromtis. Tale est, quod Matth. I, 19 legimus: Ιωσὴφ δέ, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δικαιοῦ ὁν καὶ μηδ Σέλων αὐτὴν παραδειγματίου, εἴθελόν τι θέρα απολύτου αὐτήν. Hæc vulgatus inter-

interpres ita reddit: *Ioseph autem, vir eius, quum esset iustus et nollet eam traducere; voluit occulte dimittere eam.* At metaphysica diale<sup>c</sup>tus multo significantius hoc modo: *Ioseph autem, vir eius, effens iustus et non vellens eam traducere, cetera.* Idem euangelista fecit. II, 9 de magis ita scribit: *Si dē dubiorū rē βασιλίων ἐπορέυθησαν.* Et Ioannes de rebus a Seruatore nostro gestis libro exeunte: *Ἐγι δὲ καὶ ἀλλα πολλά, στα ἐποίησεν ὁ Ἰησός, ἄτυχα τὸν γράφηται καθ' ἓν, ἔδει αὐτὸν οἷμαι τὸν κοσμον χωρῆσαι τὰ γράφεια βιβλία.* Matthæum sic interpretatur diale<sup>c</sup>tus noua: *Illi autem audiuiscentes regem profecti sunt.* Ioannem vero his verbis: *Sunt autem et alia multa, quecumque fecit ipse Iesus; que si scriberentur singillatim, ipsum arbitror mundum non posse capere libros scriberetos.* En flosculos, mi lector: et metaphysici ingeui subtilitatem! Quid est, si hæc non *τεχνουανα* est? *Λεπτότερα τοι.* quidem iste liber inscribitur, quo hæc et alia huius farinæ exponit pluribus: neque tamen propterea adeo inconueniens Cl. Reimmanni (3) latus videtur, dubitantis, vtrum *subtilissimus* vocabulo latino; an sermone nostro *das allerlappischte* interpretandus sit. Sed hoc vnum tantummodo ex multis est, non vnicum istius vanitatis dicam an absurditatis genus, in quam nimio nostrarum rerum studio possimus coniectari. Plura collegisse audio iuuenes quosdam eximios et disciplinæ nostræ adhuc alumnos: iisque sermonibus pro virili inferuisse, quibus vltimum apud nos scholasticæ diligentia specimen edituri sunt; et gratum simul animum, vt mos et æquum est, iis declaraturi, quorum præceptis et inter quos huc vsque profecerunt. Quinque autem sunt iisque omnes studiorum academicorum haud indigni candidati, qui in absurdum hoc *τεχνουανα* vitium considerationem intenderunt: illos quodam modo imitati, a quibus ante annum et pari numero et occasione simili non minus fugienda et ex eodem *Φιλαυτίᾳ*, fonte manans *τεχνουανα* vituperata est. Argumentum et materiam subministravit historiæ litterariæ tractatio: vtpote in qua per annum superiorem

(3)

ver-

(3) Hist. litt. Germ. sc̄t. 3. part. 2. p. 54.

versati variis exemplis didicerunt, quam cæcus amor sui sit et quam facile possit fieri, ut in propriis æstimandis prava quadam animi propensione corrupti alacinemur. Venit autem hoc loco in mentem mihi egregium illud et salutare consilium De meæ apud comicum (4): qui *inspicere, tamquam in speculum, in vitas omnium iubet filium atque ex aliis exemplum sibi sumere*. Et quam velim, idem hoc iuuenes nostri semper cogitent: credentes, esse id quidem præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis exempli documenta in illustri posita monumento intueri; sed tum demum, si et sibi inde suæque vitæ, et quod vitent et quod imitentur, cipient. Verum de argumento satis: nunc quomodo inter se distribuerint operam, adiungo. Nimirum IVSTINVS TOBIAS Töllner/Panisio - Lipsiensis, *de ipsa texu manu eiusque signis dicturus est.* *Causas autem vitii IOANNES EDWARDVS Ketter, Smyrnensis Asiaticus, carmine heroico: et dannia inde manantia FRIDERICVS WILHELMVS, Liber Baro von Herisberg/ oratione germanica indicabit.* Tum, *qua ratione possumus mederi huic malo et ab eo magis magisque liberari, latina prosa ostendet Gothiſ AVGVSTVS Francke/ Halensis Magdeburgicus: quem tandem IOANNES CONRADVS Pömmer/Venetus, sequetur, ad sobrie tractandum sapientiae studium, carmine germanico modeſte excitatarius condiscipulos; et cum suo tum commilitonum abeuntium nomine gratias, quibus debentur, acturus.* Facient id cras ante meridiem: quemadmodum dies reliquus cum infrequenti ceterorum alumnorum aut probabit industriam; aut, quod facile accidere nonnullis potest, negligientiam redarguet. Igitur et ego, quod mearum in hac reparatum est, facio: et scholasticæ institutionis PATRONOS, FAVORITES et AMICOS, ut honorifica præsentia et auctoritate sua cœtum nostrum beneuelo excitant, breuibus quidem verbis, at multa obseruantia rogo. Abitur autem discipulis felicissimos studiorum progressus maximaque et doctrinæ et virtutum incrementa ex animo appreco. P. P. in Pædagogio Regio Glauchensi ad Halam Magdeburgicam vñ Cal. April. A. O. R. C. 1500 XIII.

CON-

(4) Ter. Adelph. act. 3. sc. 3. v. 62.

## CONSPECTVS AC SERIES EXAMINIS.

DIE XXVI MARTII AB HORA VII MATVTINA AD XII MERIDIANAM

1. Selecta classis discipuli per annum superiorem integrum in latinitatis, theologiae thetico-hermeneuticae, philosophiae instrumentalis et practicæ studiorumque germanicorum et latini quotidiani exercitiis verlati, prodibunt responsori ad quæstiones ex his disciplinis proponendas.
2. Hoc facto iidem ultimum VALE Pædagogio Regio illis sermonibus dicent, quorum argumentum ipso programmata iam relatum est.

AB HORA II POMERIDIANA AD VI VESPERTINAM SEQVETVR

- |                            |                        |
|----------------------------|------------------------|
| 1. Classis theologica III, | 6. Latina I.           |
| 2. Latina V.               | 7. Hebræa,             |
| 3. Latina III.             | 8. Oratoria germanica, |
| 4. Latina III.             | 9. Logica,             |
| 5. Latina II.              | 10. Anatomica.         |

DIE XXVII MARTII AB HORA VII MATVTINA AD XII MERIDIANAM

- |                   |                  |
|-------------------|------------------|
| 1. Theologica II, | 6. Gallica I.    |
| 2. Græca III,     | 7. Geographica.  |
| 3. Græca II,      | 8. Arithmeticæ.  |
| 4. Græca I.       | 9. Historica,    |
| 5. Gallica II.    | 10. Mathematicæ. |

AB HORA II POMERIDIANA AD VI VESPERTINAM

- |                                |                                       |
|--------------------------------|---------------------------------------|
| 1. Theologica I.               | 9. Præparatio arithmeticæ I.          |
| 2. Oratoria latina.            | 10. Præparatio geographica.           |
| 3. Poetica latina II.          | 11. Præparatio historica.             |
| 4. Poetica latina I.           | 12. Præparatio geometricæ.            |
| 5. Præparatio hebræa.          | 13. Præparatio astronomica.           |
| 6. Præparatio arithmeticæ III. | 14. Repetitio historica.              |
| 7. Præparatio arithmeticæ III. | 15. Repetitio geographico-litteraria. |
| 8. Præparatio arithmeticæ II.  | 16. Physica experimentalis,           |

ORA-

## ORATIONES EXAMINI INTERSE- RENDÆ.

### I. LATINAЕ QVATVOR sunt :

1. *De scholarum necessitate* dicet Reinhardus, Liber Baro von Gemmingen / Suevus.
2. *De vanæ laudis et glorie contentu* Ioannes Fridericus Boden / Calbenfis Magdeburgicus.
3. *De munimentis contra fortunæ tela* Ludouicus Alexander Kauffmann / Schwarzburgicus.
4. *De grata veris tempestate* Laurentius Fridericus von Troreich / Eques Pomeranus, carmine trochaico.

### II. GRAECA VNA, qua Francorum in litteras grecas merita exponet Philippus Antonius Rieth / Coburgo-Francus.

### III. GERMANICA VNA, eaque ad numeros poeticos adstricta, qua de libris sordidis non legendis aget Fridericus Wilhelmus Habersack / Suerinensis Meklenburgicus.

### III. GALLICA VNA, quam de vitiis iuuentutis, sapientie impedimentis, habebit Georgius Henricus von Holzendorf / Eques Vkeromarchicus.

Tandem finito quolibet examini publici penso debitas auditorum benevolentiae gratias breuissimo sermone agent

1. *Sebastianus Christophorus von Holzendorf* / Eques Vkeromarchicus.
2. *Iacobus Samuel Schmid* / Erfordiensis Thuringus.
3. *Otto Ioachimus von Wittberg* / Eques Liwonius.



Y  
Pan Yb 3716  
4°



sb.

VDA18



B.I.G.

Black

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Q. D. B. V.  
DIE XXVI MARTII HORA VIII  
QVINQUE SELECTAE CLASSIS IN PAEDAGOGIO  
REGIO DISCIPULI VERBA INTER COMMILITONES  
VLTIMA DE TEXNOMANIAS VITIO  
ET SIMVL PUBLICI EXAMINIS EODEM AC SE-  
QVENTI DIE AD HORAM VSQVE XII ET A II AD VI  
CONTINVANDI INITIVM FACIENT.  
AD QVAM SOLLEMNITATEM  
SCHOLARVM  
**PATRONOS, FAVTORES  
ET AMICOS**  
DEBITA OBSERVANTIA ET HVMANITATE  
INVITAT  
HIERONYMVS FREYER,  
PAEDAGOGII REGII INSPECTOR.

69 Bl. 281